



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Liutprandi Ticinensis Diaconi Opusculum, De Vitis
Romanorum Pontificum**

Liutprandus <Cremonensis>

Moguntiae, 1602

LXXIX. Adeodatus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11115

ctus est in exilium, vbi & vitam in Christo finiuit 4. Idus Nouemb.
Ordinavit autem Episcopos 34. presbyteros 11. diacon. 5.

LXXVII.

S. EVGENIVS.

A.D.C.LII.

EVGENIVS, natione Romanus, ex patre Rufiniano, sedit annos
2. menses 9. dies 33. Hic ordinavit Episcopos 21. defunctus est
autem 4. non. Junii.

LXXVIII.

S. VITALIANVS.

A.D.C.LV.

VITELLIANVS, natione Signensis Cāpanię provincię de patre
Anastasio, sedit annos 14. menses 6. Hic regulam Ecclesiasti-
cam atq; vigorem, vt mos erat, omninò conseruavit. Hic ordinavit
Episcopos 97. presbyteros 22. diaconum 1. Huius temporib. Con-
stantinus Augustus Romam venit, ibiq; omnia, quæ ad ciuitatis or-
natū suspenſa erant deponi fecit, & Ecclesiā S. Mariæ ad Martyres,
quę de tegulis æreis erat tecta, discooperuit, & in regiā urbem ipsas
regulas cum aliis diuersis, quæ deponi fecerat, emisit. Scripsit autē
epistolam Paulo Cretensi Archiepiscopo, in qua eū arguit, quia Io-
annem Episcopū Lampeon urbis in custodiam duci fecit. Insuper
contra canonum iussa contra legum instituta, existens in custodia,
cogebatur, vt daret fideiussores. Vnde omnia, quæ ipse Archiepi-
scopus de iā prædicto Episcopò in Synodo egit, inania esse decreuit,
& Ecclesiam suam ei iudicio Synodi datis litteris reddi præcepit.
Defunctus est autem 8. Idus Februar.

LXXIX.

A DEODATVS.

A.D.C.LXIX.

ADEODATVS, natione Romanus, ex monachis, de patre Io-
uiniano, sedit annos 4. menses 2. dies 5. Hic ordinavit Episco-
pos 7. presbyteros 14. diaconos 2. Qui defunctus est 8. Idus Junii.
Post eius verò trāsitum, & pluuiæ & tonitrua tanta fuerunt, quanta
prius fuisse nemo eo in tempore viuens audierat. Vnde homines
& pecudes ex nimio ictu fulguris interierunt.

M 3

LXXX.